



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 57. De sermone Christi habito in Monte. Myst. punct. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-60232)

In primâ ejectione, vendentes columbas minùs resistebant voluntati Christi, quām nummularii; in secundâ verò ejectione, cum nelectâ Christi tam benignâ antè factâ monitione, etiamnum pergerent, eorum quoq; cathedras evertit. REFL. Discamus hinc veritatem Regulæ 7. hebd. 2. de disc. spirit. Quare spiritus sive bonus, sive malus, duriter soleat illabi in animos sibi contrarios.

VOL. Nos studeamus, veri... optimique Imperatoris Christi, agnoscere mores ingenuos, ac per gratiam imitari, nosque illi ita similes reddere, ut ipse in animam nostram, tamquam in propriam, & apertam domum, subeat cum quiete, juxta eamdem Regulam.

COLLOQ. De duobus vexillis. RECOLLECTIO.

## MEDITATIO. LVII.

*De Sermonе Christi, habito in monte,*

Matth. 5.

Myst. punct. 1.

ONG. Desiderium cognoscendi magis Christi doctrinam.

PRÆL. I. Quomodo Christus docuerit octo Beatitudines.

PRÆL. II. Aspicere montem, in quo Christus docebat.

PRÆL. III. Petere gratiam, intelligendi, & sequendi doctrinam Christi.

PUN.

PUNCTUM I. PERSONÆ. Intueamur Christum,  
qui ascendit in montem, & cum sedisset, ac-  
cesserunt ad eum Discipuli ejus. Matth. 5.

INTEL. Consideremus Christum, inter Discipu-  
los sedentem, vel tamquam Regem, inter subdi-  
tos; vel tamquam Patrem, inter filios; vel tam-  
quam Dominum, inter servos; vel tamquam Me-  
dicum, inter ægros; vel tamquam lucem, inter  
tenebras; vel tamquam Doctorem, inter Discipu-  
los. REFL. Perpendamus, an nos Christum talimo-  
do soleamus considerare.

VOL. Excitemus erga Christum affectus subdi-  
ti, filii, servi, ægri, ignorantis, & discipuli.

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Christus octo Beati-  
tudines proposuit, dicens: *Beati pauperes spi-  
ritu*; tum sex alias virtutes interponens, octavam  
sic posuit: *Beati qui persecutionem patiuntur  
propter justitiam. &c. beati estis, cum maledixe-  
rint vobis. &c.* Matth. 5.

INTEL. Ratiocinemur quod juxta Meditationem  
de 2. vexillis, Christus primùm hortetur ad pau-  
pertatem: deinde ad maledictionis, & opprobrii  
desiderium allicit; unde humilitatis virtus nasci-  
tur: atque hi tres gradus *virtutes omnes statim in-  
troducunt*. Nam pauperes spiritu, appetentes  
cum Christo opprobria, & humiles, statim erunt  
mites; lugebunt sua peccata; esurient justitiam;  
erunt misericordes; mundo corde, & pacifici.  
REFL. Inspiciamus nos, quām procul absimus ab  
illis tribus gradibus virtutum.

VOL.

VOL. Cum majori fervore, renovemus affectu  
conceptos in Meditatione de 2. vexillis.

**P**UNCTUM III. OPERA. MEM. Christus aperien-  
tos suum docebat eos. Matth. 5.

INTEL. Perpendamus, quomodo Christus munus  
ad quod à Patre missus erat, impleverit prædican-  
do, docendo & omnium saluti vacando. REFL. Vi-  
dendum quomodo nos impleamus Regulam no-  
stram, quæ ejusmodi quoque munus nobis impo-  
nit.

VOL. Doleamus de negligentia nostrâ, & dica-  
mus Deo: *Docebo iniquos vias tuas. Et impii ad  
te convertentur.* Hoc autem assequemur, si do-  
ceamus verbo, & exemplo, tres illos gradus vir-  
tutum.

COLLOQ. de duobus vexillis.

RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

## MEDITATIO LVIII.

*De Sermone Christi, habito in monte.*

Matth. 5.

Myſt. punct. 2.

**C**ONG. Sicut in præcedenti.

**P**RÆL. I. Quomodo Christus exhortatus sit  
Discipulos, ut acceptis donis ac talentis recte  
viantur.

**P**RÆL. II. Aspicere montem, in quo Christus  
exhortabatur suos.

**P**RÆL. III. Petere gratiam rectæ intentionis  
erga Deum, & erga finem creationis ac vocatio-  
nis nostræ.

PUN-